

www.e-rara.ch

Systema philosophiae universae

Hespelin, Oswald

Weingarten, 1762

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRI 221,11

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35220>

Cosmologia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

§. 24. Postquam de ente & adtributis ejus in genere lo-
 quuti sumus, incepimus de ente composito, completo, incom-
 pleto & subsistentia. Item de adfectionibus compositorum, de
 mensura, magnitudine, extensione, figura, motu, divisibilitate,
 continuo &c. de essentia, orru & interitu compositorum. De
 forma & materia, objecto & subjecto. Quid sit *esse* in subje-
 cto, quid *inhabere* subjecto. De notionibus substantiæ, modo-
 rum & accidentium. De penetratione & replicatione compo-
 sitorum. De ente simplici & ejus proprietatibus. Quid sit pro-
 duci, creari, generari, corrumpi, adnihilari, mori, modificari,
 limitari, mutari &c. Quid sit finitum, infinitum, indefinitum,
 status entis, actio, passio, potentia &c. Substantiam, ut eam di-
 scernamus ab essentia, definimus esse *ens vi agendi propositum*. Ex
 quibus colligimus:

Circa com-
 posita & ejus
 proprietates.

XXVI.

Materiam & formam Peripateticorum constituere ne qui-
 dem essentiam Metaphysicam compositorum; multo minus phy-
 sicam.

XXVII.

Non dari accidentia *absoluta*, nec penetrationem, nec re-
 plicationem, nec in creaturis infinitum.

XXVIII.

Spinozæ definitionem substantiæ esse falsam & impiam.

§. 25. Ultimo egimus de causis efficiente, morali, finali, *Circa caus-*
 formali, materiali, ideali, effectibus & signis, cum principiis *fas.*
 ex iisdem deductis. Litis materia esse posset, quod

XXIX.

Causa finalis sit vera causa, non vero materialis & for-
 malis.

Cosmologia.

§. 26. **S**cientiam mundi in genere vocamus Cosmologiam, quæ
 de metaphysicis mundi proprietatibus agit. Quare
 ab exordio statim distinctam mundi definitionem de-

Quid docen-
 dum in cos-
 mologia cir-
 ca mundum



in genere & dimus, quod mundus sit *series & congeries rerum mutabilium cum ejus proprietates. simultanearum, tum successivarum inter se connexarum.* Adeoque in mundo connexa esse omnia, simultanea per causas finales, per efficientes successiva. Post hæc differuimus de adtributis mundi, quod mundus sit ens unum, absolutum, & totum, cujus partes sint corpora: corporum vero diversas mutationes constituit *statum mundi.* Mundum esse ens compositum, cujus essentia consistat in combinatione & compositione partium, in qua ratio phaenomenorum uniuersi contineatur. Mundum esse *machinam.* Quid sit philosophari *mechanice.* Existentiam contingentium non determinari naturaliter nisi per aliquod uniuersum, adeoque omnia in hoc mundo veritatem determinatam habere, & exceptis causis liberis hypothetice necessaria esse; quin hæc necessitas officiat contingentibus, quæ inter mundus recenseri debet. Obiici forte super sequentibus possit:

XXX.

Omnia in mundo veritatem determinatam habent: possibilia vero, quæ in serie hujus mundi non continentur, necque actum consequi posse.

XXXI.

Mundus est ens contingens, cujus contingentiam necessitas hypothetica non impedit.

XXXII.

Non est æternus, nec potuit esse ab æterno.

Circa corpora & ejus proprietates.

§. 27. Mundi discussionem sequitur tractatus de corporibus, quæ quum composita sint, omnibus compositorum proprietatibus gaudent. Eorum essentiam denuo constituimus in modo compositionis & determinata partium combinatione: consequenter in structura, si corpora fuerint organica: aut mixtione & textura, si inorganica. De motu, vi inertiae, materia corporum, vi activa sive motrice, de natura corporum & uniuersi &c. de legibus motus generalibus, de naturali & supernaturali seu miraculis. Denique de corporum elementis, eorumque adtributis. Ex his defendimus:

XXXIII.



XXXIII.

Nullam mutationem accidere corporibus sine motu.

XXXIV.

Omni corporum materiam in continuo esse motu constitutam.

XXXV.

Naturam rerum ab absoluta necessitate liberam esse.

XXXVI.

Unumquodque corpus tam quoad quietem, quam celeritatem & directionem in suo statu perseverare, donec eum a causa fortiori externa mutare cogatur.

XXXVII.

Reactionem corporis æqualem esse actioni.

XXXVIII.

Miracula esse possibile.

XXXIX.

Elementa simplicia esse ultimum principium physicum rerum materialium. Monades tamen Leibnitii vim habentes representandi sibi universum obscure rejicimus.

§. 28. Finivimus hanc disciplinam agendo de perfectione, ordine & cursu naturæ, quem

Circa naturam.

XL.

Miracula turbant; adeoque tam frequentia censeri non debent, ut vulgo habentur.

Pneumatologia.

§. 29. **P**AUCIS explicavimus Pneumatologiam. Quid sit Spiritus in genere. In quo consistat unio corporis cum anima. Quid sit Spiritus perfectissimus, Sapientia, Sapientia perfectissima & stultitia. Deduximus autem

Quid tradendum de Spiritibus in genere.

XLI.

Omni maxime naturaliter explicari posse unionem corporis & animæ in hypothesis harmoniæ præstabilite.

§. 30.